



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Principia Juris Canonici : Ex Libro ... Decretalium Gregorii  
IX. Pontificis M / Antehac In Alma & Archi-Episcopali  
Benedictina Universitate Salisburgensi**

**König, Robert**

**Salisburgi, 1725**

**VD18 80460526**

10. De natis ex libero ventre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61800)

tem, sed in illam, quam sibi mente proposuit, scilicet in primogenitum Regis. Confer Romum Maurum Oberascher d. c. 4. §. 2. Patri. Sporer de Matr. n. 7. & 8.

16 Dixi III. Non error alterius qualitatis, quæ scilicet non respicit, nec denotat, aut determinat certam aliquam, aut individuum personam: ut cum malus, vel mala pro bono, vel bona; ignobilis pro nobili; deformis pro pulchra; corrupta pro virgine; pauper pro divite habetur: enim verò talis error, quantumvis sit antecedens, hoc est, dans causam contractui, & proveniens ex dolo alterius contrahentis, non obstat valori matrimonio: cum sufficiat adesse consensum absolutum in hanc personam, & circa substantiam matrimonii. Covarr. lib. 4. Decret. p. 2. c. 3. §. 7. num. 2.

Limitatur tamen posterior hæc assertio, ut etiam error circa ejusmodi qualitatem irritet matrimonium, primo, si vel actualis conditio expressè addita est: v. g. *ducote, si es virgo, si es nobilis, &c.* vel etiam si in animo retenta est, ita ut actualis voluntas contrahentis fuerit, quòd illam nolit habere, nisi virgo, aut nobilis sit: quia deficiente conditione deficit quoque consensus conditionatus. Sanchez d. disp. 18. n. 21. Interim in foro externo non creditur assertenti, se conditionem in mente habuisse, nisi ex antecedente aliqua protestatione, vel aliis Indiciis suam intentionem probare possit. Secundo limitatur in conditione servili: nam licet servitus & libertas tantùm sint qualitates personæ, si quis tamen erret in tali conditione, nempe putet, personam, quacum contrahit, esse liberam, cum serva sit, non valet matrimonium. c. 2. & fin. h. t. & nos affatim in 1. part.

#### §. V.

17 Effectus impedimenti erroris est, quòd rescindat filium, & vinculum matrimonii: ideòque conjux, qui erravit, conjugem vel reti-

nendi, vel repudiandi liberam habet potestatem, etiam ubi concubitus accessit; quemadmodum Jacobo quoque jus fuit repudiandæ Liam suppositam: cum Pater ejus Laban se excusare non potuerit prætextu consuetudinis, ut majores prius nuptum darentur, quàm minores, siquidem id pendeat ex arbitrio parentum. Jacob verò pro innata bonitate injuriam dissimulandam ratus cum patre potius transiit, & sic matrimonium cum Lia subsecuto consensu confirmavit. Cujus exemplum, si hodie quid tale contingat, imitari, laudabile autumo.

#### §. VI.

Contrarius impedimenti erroris est superveniens novus consensus, quò impedimentum illud, & nullitas matrimonii cum errore contracti tollitur. Certè Ecclesia super hoc impedimento, utpote juris naturalis, dispensare nequit, nec statuere potest, ut matrimonium valeat non obstante errore personæ. Vincent. de Just. de dispensat. matr. lib. 2. c. 13. n. 8.

## TITULUS X.

### De Natis ex libero ventre.

#### SUMMARIA.

1. Quoad statum proles matris, 2. Quoad dignitatem, ac familiam patris conditionem sequitur.

Porro si inter servum, & liberam, aut inter liberum, & ancillam matrimonium contrahitur, circa liberos ex tali matrimonio progenitos attenditur regula Juris Civilis, quòd *partus sequatur ventrem*, id est, proles quoad statum sequatur conditionem matris, princ. Inst. de Ingen. l. 4. §. 2. & 3. ff. de Statu hom. Qua propter natus ex libera, vel liberta liber, ac ingenuus est. c. un. h. t. ex serva servus, etsi pater liber sit, nisi consuetudo loci aliud habeat. c. 3. de Conjug. servor.

Sufficit tamen ad proles libertatem, si mater tempore conceptionis, vel tempore natiuitatis, vel intermedio aliquo tempore, quo proles in utero ferebatur, fuit libera, exigente hunc favorem favore libertatis. *l. 1. Instit. de ingenuis & ibi Interpp. d. l. 5. §. 2. & 3.*

2. Hodie sublata servitute cessat ista Juris ordinatio, & aliquid contrarium pene introductum conspicitur, ut nempe conditio liberorum potius ex patre, quam ex matre spectetur: civis enim civem generat etiam ex peregrina; patritius, ac nobilis patritium, & nobilem etiam ex ignobili matre; & econtra ignobilis ignobilem, quamvis mater sit nobilis; quia ad dignitatem, ac familiam hæres pertinet, non ad statum. *l. 19. ff. de statu hom. Crislin. vol. 2. decis. 88. num. 12.*

Alphons. Soto in Gloss. ad Reg. de prerogati. vis expectantium. Ubi docet, nec in beneficiis & spiritualibus quem ex origine materna nobilem reputari, quando qualitas beneficiorum id exposcit. Quia & hoc plebisque placuit, mulierem plebeiam, sivebat viro illustri, & ipsam fieri illustrem, & liberos ex tali matrimonio procreatos verè haberi illustres, ac in successione feudi admitti. *Brunneman. ad l. 8. ff. de Senatorib. Tiracuell. de Nobil. c. 18. n. 15. Schurff. cent. 1. consil. 1. n. 17.*

Interim particularibus statutis, ac legibus arcentur a Collegiis superioribus Cathedralicis, von den hohen Stiffern, & à torneamentis, von Turnier und Ritsper Spillen, qui non etiam ex materna linea per longam seriem nobilitatem suam docere possunt. Sie wären dann vollbürtige Ritterseute, die ihre Ahnen mit Schild und Helm beweisen können. *Matth. Stephan. de Nobil. Polit. c. 4. n. 44. Prætor. theat. polit. sect. 2. membr. 2.*

Inter impedimenta dirimentia ferme principale est cognatio eaque triplex: spiritualis, legalis, & naturalis. De spirituali agit Titulus præsens. *Ido non. sig. 15. mon. 1. §. I.*

Definitur cognatio spiritualis, quod sit propinquitas personarum orta ex administratione, vel susceptione baptismi, aut confirmationis, inducens impedimentum dirimens matrimonii. *Ido non. sig. 15. mon. 1. §. II.*

Dividitur cognatio spiritualis attento jure 2. communi in paternitatem, compaternitatem, & confraternitatem. *Ido non. sig. 15. mon. 1. §. III.*

Paternitas est cognatio spiritualis interbaptizantes, & baptizatum: inter confirmantes, & confirmatum: inter patrum baptizati, vel confirmati, & baptizatum, aut confirmatum. *c. de eo. 5. causa 30. q. 1. c. ita diligere. 1. causa 30. q. 3. Et hæc duplex est: directa scilicet, & indirecta; directam contrahit baptizans, & confirmans, aut suscipiens, cum baptizato, vel confirmato; indirectam cum eodem contrahit baptizantis, confirmantis, aut patrum uxores, ante administrationem, aut susceptionem carnaliter cognita. *c. 1. h. t. in 6.**

Compaternitas est cognatio spiritualis inter naturales parentes baptizati, vel confirmati ex una parte, & baptizantem, vel confirmantem, ac paternos ex altera parte. *c. 3. 4. & 5. causa 30. q. 4. c. 1. h. t. in 6.* Et hæc iterum est alia di-

## TITULUS XI.

## De Cognatione spirituali.

## SUMMARIUM.

1. Definitio cognationis spiritualis. 2. Divisio. 3. 4. Eiusdem origo. 5. Ubique 12. quos inter contrahitur, & matrimonium dirimat? 12. Ubique 13. Que sint necessaria ad hoc, ut contrahatur hæc cognatio? 13. 19. Eius effectus. 20. An & quando in impedimento cognationis spiritualis dispensatur?

Inter impedimenta dirimentia ferme principale est cognatio eaque triplex: spiritualis, legalis, & naturalis. De spirituali agit Titulus præsens. *Ido non. sig. 15. mon. 1. §. I.*

Definitur cognatio spiritualis, quod sit propinquitas personarum orta ex administratione, vel susceptione baptismi, aut confirmationis, inducens impedimentum dirimens matrimonii. *Ido non. sig. 15. mon. 1. §. II.*

Dividitur cognatio spiritualis attento jure 2. communi in paternitatem, compaternitatem, & confraternitatem. *Ido non. sig. 15. mon. 1. §. III.*

Paternitas est cognatio spiritualis interbaptizantes, & baptizatum: inter confirmantes, & confirmatum: inter patrum baptizati, vel confirmati, & baptizatum, aut confirmatum. *c. de eo. 5. causa 30. q. 1. c. ita diligere. 1. causa 30. q. 3. Et hæc duplex est: directa scilicet, & indirecta; directam contrahit baptizans, & confirmans, aut suscipiens, cum baptizato, vel confirmato; indirectam cum eodem contrahit baptizantis, confirmantis, aut patrum uxores, ante administrationem, aut susceptionem carnaliter cognita. *c. 1. h. t. in 6.**

Compaternitas est cognatio spiritualis inter naturales parentes baptizati, vel confirmati ex una parte, & baptizantem, vel confirmantem, ac paternos ex altera parte. *c. 3. 4. & 5. causa 30. q. 4. c. 1. h. t. in 6.* Et hæc iterum est alia di-